



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

S. Andreeae Frisingae Collegiata Ecclesia Canonicorvm Secvlarivm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

die Abbtissin die Frawen etwas arbeiten vnd zumachen/in des Convents füß vñ namen  
des Closters/oder der Frawen Freunde zu etlichen Hochzeiten oder zu dem neuen Jahr  
zu ehren oder sunst in anderen zimlichen Sachen dem gemeinen Convent zu noturff/  
das ist den Frawen mit guter Consciens erlaubet/Ich gebent auch der Abbtissin/den  
Rättfrawen vnd dem ganzen Convent festiglich/bey heiliger Gehorsamb das ihr für-  
der mehr kein ligent Gut Hof oder Hoffstatt verkaussen oder verlyhen sollene/ohn sunder  
willen vnd wissen vnd räth ewerer Pfleger/Es sollen auch bey derselben gehorsamb all  
Frawen raiten von ihren Ämpten/Wann nun in disen vorgeschriften stücken etlich breit  
bisher vnder euch gewesen ist/denselben zu bessern vnd fort mehr zuverkommen/So ge-  
burt sich euch festiglich bey heiliger Gehorsam vnd in Kraft des heiligen Geistes/das  
ihr disen Briff mit allen Puncten vnd Artikeln halten wollent/zulobe dem Herren/vnd  
zu sicherheit ewres ewigen lohns/der geben ist vnder meines Ämpes Insigel zu ende der  
schrift gedrucket/an dem Nunzehesten tag des Meyhens/Anno Domini M. CCCC.  
LIX.

CATALOGVS ABBATISSARVM MONA-  
sterij S. IACOBI in ANGER. Ex mortilog.congestus ante  
reformationem.,

- I. HAILWIG Sentlingerin.
- II. AGNES à Miembach.
- III. CECILIA Waldeggerin.
- IV. SOPHIA Chülin.
- V. LÜGARD Phalerin.
- VI. KVNVNDIS Ingolstadien.
- VII. LVCIA Ridlerin Obitt an. 1387.
- VIII. ELISABETHA Waldeggerin, Ob. an. 1397.
- IX. ANNA Iegermaisterin, Ob. 1401.
- X. AGNES Reisvadlin.
- XI. BARBARA Bidrichin, Ob. 1424.
- XII. CATHARINA Nusbergerin Ob. 1448.
- XIII. CATHARINA Pidrichin, Ob. an. 1448.

Tempore Reformationis, & post illud.

- XIV. DOROTHEA Ersingerin, Ob. 1486.
- XV. VRSVLA Schrenckin, Ob. 1488.
- XVI. FELICITAS Trauttmannin, Ob. 1499.
- XVII. CATHARINA Adlmannin, Ob. An. 1520.
- XVIII. DOROTHEA Hundertpfundin, Ob. an. 1538.
- XIX. REGINA Ligsaltzin, Ob. 1540.
- XX. ROSINA Gollnerin, Ob. an. 1548.
- XXI. ELISABETHA Köglin, cui infirmitate oppressa adiuncta fuit coaduntrix,  
*Abbatissa subsequens*, anno 1603 ipsa Ob. 1607.
- XXII. ANNA MARGARETHA à Prandis, hoc ipso tempore adhuc monasteri-  
um utiliter & cum laude gubernans.

S. ANDREAE FRISINGAE COLLEGIATA ECCL-  
SIA CANONICORVM SECVLARIVM.

**S**ANCTI Andreæ adem Ellenhardus, Pontifex Frisingensis, ope & consensu  
Heinrici quarti Imperatoris dedicauit, cui Ellenhardo Benedicti Beurense  
Templum

Templum cæsar tradidit, hoc post mortem tamen Ellenhardi rursum immuni-  
tate donat, circa Annū 1050. Auentinus in Annalibus fol. 551.

## ADDITIONES

Vide supra in Episcop. Fribingen. in Addit. ad S. Ellenhardum Episcopum & funda-  
torem huius Ecclesie Collegiatæ Ecclesie S. Andreae.

**I**n nomine Sanctæ individuæ Trinitatis. Otto Dei gratia Fribingensis Ecclesiæ Episcopus, dilecto filio Ottoni Præposito Ecclesie S. Andreae, fratribusque suis Canonis præsentibus & futuris ac successoribus canonice substituendis in perpetuum.. Licer omnibus Christianam fidem & charitatem debeamus, ex officij tamen nostri debito tenemur, ut eorum qui specialius nobis attinent, utilitatibus prouideamus, & eorum justis precibus animum inclinemus. Proinde dilecte in Christo fili Otto, ob amorem Dei & petitionem tuam Ecclesiam S. Andreae cum omnibus suis possessionibus sub nostram protectioem suscipimus, eamque præsentis paginæ priuilegio communimus, statuentes vniuersa bona sua, vel quæ nunc habet & possidet, vel in futuro largitione cuiusquam justè & legaliter habitura est, rata sibi & integra permaneant, tibi tuorumque successorum Præpositorum & fratum vobis idoneis iugiter profutura. Ea quoque quæ bona memorie Antecessor noster Ellenhardus Venerabilis Episcopus, alijque antecessores nostri in arcis, decimis, vincis, mancipijs, alijsue possessionibus pia vobis deuotione contradiderunt, seu congrua commaratione & concambio contulerunt, nos etiam vobis concedimus & confirmamus, videlicet areas quas vel in monte Fribingeni, vel infra montem, sicas possidetis, & in montanis Tholbach, Cheires, vel extra montana Humblin cū decima Geislingen, cum decima Dorffen, cum decima Tugilpach, cum decima Holzhausen, cum decima Brittenbach, cum decima, & præter hæc, quam nos vobis concessimus aream Laurentij. Præterea possessionem juris & dignitatis inter alias Ecclesias post primam, sicut in nostra præsentia canonice obtinuitis, vobis recognoscimus, quod videlicet in celebrandis ordinibus in annotatione post secundum Cathedram primum locum in processione solemini Præpositus vester alius Præpositis præferatur, in refectorio accubitum qui principali oppositus est, habeatis, nisi fortè alia sit Ecclesia, quæ antiquioribus se in huiusmodi gaudere priuilegijs valeat ostendere, & legitime comprobauerit. Si quis autem huic nostræ institutionis priuilegio temerè contraire voluerit, tanquam prævaricator diuina examini se rationem redditum cognoscatur, conseruantibus autem eam, apud eum qui retributor omnium bonorum est, fructus & præmium maneat, æternæ remunerationis. Signum Domini Ottoni Fribingensis Episcopi. Item ego Adalbertus maioris Ecclesie Præpositus. Ego Adalbertus maioris Ecclesie Decanus. Item ego Engilscalcus maioris Ecclesie Scholasticus. Item ego Her- randus Archidiaconus, Item ego Hoholdus S. Zenonis Præpositus. Item ego Berachboldus maioris Ecclesie Notarius. Item ego Arnoldus Archidiaco- nus. Item ego Rapoto Abbas S. Stephani. Item ego Haremodus S. Virg Præpositus. Item ego Hermannus Præpositus S. Petri. Item ego Vdalricus S. Arlacij Præpositus. Item ego Henricus S. Dionysij Præpositus. Anno Do- minicæ incarnationis Millesimo centesimo quinquagesimo septimo, Anno au- tem Domini Ottonis Fribingensis Ecclesie decimo nono, Indictione quinta. Da- ta octua Idus Nouembbris, Actum Fribinge in nomine Domini nostri Iesu Christi, Amen.

Episcop.

**E**piscopo de Ellenhardo fundatore vide supra pag 106. de quo à R.Dn. Andree Scherer alibi annotatum repperi. Ob. An. Christi M.L.XXVIII. in vigilia S. Gregorij Papæ, vndeclima Martij. Eiusdem fundatoris Ellenhardi habemus Albam, Casulam, cum duabus Dalmaticis. Adest quoq; ipsius calix cum patena, triplo ferè maioris magnitudinis & capacitatis quam moderni calices esse solent. Adiunct ipsius quoq; Missale in pergamento elegantissimo charactere scriptum, yna cum libris Euangeliorum & Epistolarum. Sepultus in nostra Ecclesia; sepulchrum est eleuatum.

*In libro Euangeliorum depictus est Ellenhardus cum gibbo, libram offerens S. Andree, cum tali circumscriptione:*

S. Andree ad  
Ellenhard-  
dam.  
Chris-  
tus lib-  
rum accep-  
tus.

Hunc Ellenhardus offert Præfūl venerandus

Andrea librum, sed enim tibi Christe per ipsum.

Summum præfūl bonum pensando vices meritorum.

Ne dubites in me retinet te pagina vita.

*Bulla Eugenij Pont. Max. qua docetur Electionem Decani de antiqua & approbata nec non obseruata consuetudine ad Capitulum S. Andree, vacante Decanatu pertinere: sicut jus hoc eligendi præscriptione quoque temporis immemorialis hac tenus obtinuit.*

**E**vgenius Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Ratione congruit, & conuenit honestati, vt ea quæ de Romani Pontificis gratia processerunt, licet eius superueniente obitu literæ Apostolice super illis cōrectæ nō fuerint, suum consequantur effectum. Dudum siquidem pro parte dilectorum filiorum Capituli Ecclesia S. Andreæ Frisingensis, scil. recordationis Martino Papa V. prædecessori nostro exposito, quod iunctus, redditus & prouentus Decanatu ipsius Ecclesiaz, qui curatus, & dignitas inibi non tamē principalis est, adeo tenues & exiles existenter, quod de illis qui ultra tres Marchas argenti, secundum communem estimationem non valebant annuatim, Decanus eiūdē Ecclesiaz pro tempore existens, & cuius electio dicto Decanatu vacante ad eosidē Capitulum de antiqua & approbata, nec non eatenus obseruata consuetudine pertinebat, juxta ipsius dignitatis exigentiam commode sustentari, statumque suum decenter tenere non poterat, & propterea frequenter, dum Decanatus ipse vacaret difficulter aliquis reperiretur, qui illum vellet acceptare, dictus prædecessor volens super his oportune prouidere, præfotorum Capituli in ea parte supplicationibus inclinatus, videlicet sub dato diej. V. Kalend. Novemb. Pontificatus sui anno vndeclimo, cum singulis personis idoneis, quas successive per huiusmodi Capitulum in Decanos dictæ Ecclesiaz, quotiens Decanatus ipse deinceps vacaret, eligi seu assumi, nec non dictum Decanatum ritè assequi continget, vt cum illo quodcumq; beneficium Ecclesiasticum curatum seu alias incompatibile, etiam si parochialis Ecclesia foret, quod tempore sua electionis seu assumptionis huiusmodi forsitan obtineret, aut postea alias sibi commode conferretur, retinere libere & licite valerent generalis Concilij & quibusvis aliis Apostolicis constitutionibus nec non Ecclesia prædictæ juramento, confirmatione Apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis & consuetudinibus cæterisq; contrarijs nequaquam obstantibus, auctoritate apostolica de speciali gratia dispensauit, vsq; ad beneplacitum apostolica sedis huiusmodi dispensatione duratura. Prouiso quod Decanatus & beneficium huiusmodi debitis interim non fraudarentur obsequijs, & animarum cum in beneficio qua

qua illi immineret, ac in Decanatu prædictis nullatenus negligeretur. Ne autem de dispensatione huiusmodi pro eo quod super illa dicti prædecessoris eius superueniente obitu litteræ confessæ non fuerunt, valeat quomodo libet hæc sitari; volumus, & eadem auctoritate decernimus, quod præsentes literæ ad probandum plenè dispensationem huiusmodi vbiq; sufficient, nec ad id Præbationis alterius administrum requiratur. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ voluntatis & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumpsit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se nouerit incursum. Data Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominiæ Mille simo quadragesimo tricesimo, quinto Idus Martij, Pontificatus nostri anno primo,

CATALOGVS PRÆPOSITORVM COL-  
legiatæ Ecclesiæ S. Andreæ montis Frisingensis: quatenus ex varijs  
Archivis literis hinc inde colligi potuit; non quidem à pri-  
ma fundatione, ab aliquo tamen  
centenis annis.

- I. CONRADVS de Erenfels fuit Præpositus, prout ex literis cognoscitur, circa anno  
num Christi 1330.
- II. VLRICVS à Messenhausen circa an. 1354. & 1363.
- III. CONRADVS de Grimertz, houen circa an. 1374. & 1377.
- IV. HERMANNVS de Piluel circa an 1396.
- V. IOANNES Türndl circa an. 1423. & 1427.
- VI. Mag. HENRICVS Flöckhl circa an. 1430.
- VII. VLRICVS Nysdorfer apostolicè obtinuit Præposituram contra Georgium Eg-  
linger; qui eandem à Nicodemo Episcopo Frisingensi prius obtinuerat, qui fuit Præposi-  
tus circa an. 1437. & 1444.
- VIII. IOANNES Simonis Ecclesiæ Cathedralis Frising. Canonicus & Præpositus S.  
Andrea circ. an. 1450. & 1460.
- IX. PAVLVS Neumayr circa an. 1463.
- X. HENRICVS Pareiter maioris Ecclesiæ Frisingen. Canonicus & Præpositus hu-  
ius Ecclesiæ circa an. 1478. & an 1481.
- XI. CONRADVS Krantz, Ecclesiæ Cathedralis Frisingen. Canonicus, Præpositus  
S. Andreæ circa an. 1484.
- XII. MARCVS Hörndl Augustanus, LL. Doctor, Canonicus maioris Ecclesiæ Frisin-  
gen. Præpositus S. Andreæ circa an. 1500 & ante, obiit 15. Octobr. an. 1517.
- XIII. MATTHÆVS Hörndl I.V. Doctor, Canonicus jam dictæ maioris Ecclesiæ pri-  
us Coadiutor supranominati Marci Hörndl, cui successit 21. Octobr. 1517. ob 3. Septem-  
br. an. 1535.
- XIV. IOANNES Weier I.V. Doctor, Canonicus & Scholasticus Cathedr. Ecclesiæ Fri-  
singæ, prius Coadiutor vigore Bullæ Apostolica, Matthæi Hörndls, postea Præpositus  
eisdem immediate successit, an. 1535 ob 17. Iunij, an. 1556.
- XV. HIERONYMVS Bullidius Præpositus Albanensis, accepit per Procuratorem  
possessionem Præposituræ S. Andreæ 3. die Iulij, anno 1556. obiit Romæ die 17. Maij an-  
no 1558.
- XVI. R. & Illustrissimus Dominus Dn. OTTO Presbyter Cardinalis tituli S. Sabi-  
nae, Episcopus Augustanus, &c. Accepit per legitimum suum Procuratorem D. Con-  
radum Heissler Canonicum S. Andreæ possessionem huius Præposituræ die 23. Augusti,  
Metrop. Salisb. Tom. II.

- anno 1558 per liberam resignationem primum nominati Dn. Hieronymi Buslydy.  
**XVII. IOANNES** Pfäßer V.I. Doctor. Protonotarius Apostolicus, Canonicus maioris Ecclesie Frisingæ & Isnensis Prepositus post quam R. m<sup>us</sup> & Il. m<sup>us</sup> Otto Cardinalis, &c. resignauit eidem immediate succedit, qui obiit 14. Decembr. an. 1582.  
**XVIII. LUDOWICVS** Schrenckh, I.V. Doctor, Protonotarius Apostolicus, Canonicus Cathedralis Ecclesie Frisingen. &c. Vicarius, eidem immediate succedit, qui ob. 10. Martij an. 1608.  
**XIX. R. m<sup>us</sup>** & per Illust. Dn. IOAN. Baptista Rembolt, Patricius Augustanus Sacr. Palat. Apostolici Auditor Rotæ, Cathedralis Ecclesie Frisingen Prepositus, &c immediatus huius Prepositura successor an. 1608.

## Successio Decanorum.

- I. IACOBVS**, vixit tempore Dni Conradi de Erenfels Prepositi, an. 1330.  
**II. FRIDERICVS** Haym circ. an. 1363.  
**III. MICHAEL**, tempore Conradi de Grimmerz houen circa an. 1374 & 1377.  
**IV. VDALRICVS** Arb. circ. an. 1386. & 1412.  
**V. MATTHÆVS** Ottenburger, circa an. 1423. & 1435.  
**VI. MICHAEL** Pfäßer circa an. 1439. & 1450.  
**VII. IOAN. Wagner** circa an. 1454. & 1468.  
**VIII. Dñ. IOAN N** circa an. 1478. & 1481. tempore Henrici Pareüter Prepositi.  
**IX. CASPARVS** Marolt Decretorum Licentiatus fuit Decanus circa an. 1483, usq; ad an. 1490. postea factus Canonicus maioris Ecclesie Frisingæ, Ob. 13. Junij anno 1513.  
**X. WOLFGANGVS** Rüeger circa an. 1491. & 1494.  
**XI. GEORGIVS** Kittl Decretorum Licentiatus ab an. 1494, usq; ad an. 1510. postea quog. factus Canonicus maioris Ecclesie.  
**XII. IOANNES** Danner circa annum 1515.  
**XIII. ANDREAS** Althamer in annis carentia sue Decanus electus, die nimirum 24. Aprilis an. 1517. cui tamen ad ipsius instantiam prosequendi sua studia ac interea Romam proficisci causa, ad usq; residentie sue annum primum absq; tamen redditum Decanatus perceptione abesse licuit; interea vero Senior Capituli ipsius loco substitutus; sed postmodum, die nempe ultima Februarij An. 1519 per Procuratorem Decanatum resignauit, cui succedit  
**XIV. MAG. & GIDIUS** Mayr, qui ob. 2. Julij an. 1521.  
**XV. DANIEL** Carner eidem per electionem succedit qui obiit an. 1534 die 15. Maij.  
**XVI. NICOLAUS** Fabri clericus Bisantinensis huius Ecclesie Canonicus, qui ob. die 14. Maij. An. 1539 in Decanum electus, cui per liberam resignationem die 14. Septembris an. 1535. factam succedit  
**XVII. ANDREAS** Althamer, I.V. Licentiatus (qui jam secunda vice in Decanatu fuit electus) Ob. 23. Septembris an. 1549.  
**XVIII. MICHAEL** Knab Eckius huic data possessio 15. Decembr. an. 1549. anno vero 1563. factus Canonicus maioris Ecclesie Frisingæ. hic sub auunculo suo Ioanne Eckio Theologo celeberrimo tantum profecit, ut non modo publicam Ingolstadij Philosophic professionem sed & Lauream Theologicam mereretur. Ob. 18. Ianuar. an. 1573. resignauit vero Decanatum an. 1563 cui succedit in Decanatu  
**XIX. GEORGIVS** Hirsdorfer, resignauit an. 1565. ob. prid. Cal. Augusti. an. 1571.  
**XX. IOANNES** Widman, possessionem accepit 10. die mens. Martij an. (ut supra) 1565. functus est officio Decanatus usq; ad annum 1573.  
**XXI. GEORGIVS** Premauer, quondam apud D. Georgium Frisingæ parochus, per liberam electionem suffectus, ob. mense Aprilian. 1581.

XXII. Mag.

**XXII.** Mag. GEORGIVS Mayr Prepositus Isnensis in Decanum electus 13. Martij  
an. 1581. ob. in mense Iulio, an. 1586.

**XXIII.** GEORGIVS Zauner Monach. olim S. m. Guilelmo Ducis Bauariae &c. a sa-  
cri, electus in Decanum tertio die mens. Augusti, an. 1580 ob. 21. Martij, an. 1612.

**XXIV.** ANDREAS Scherer Acronianus Tetnargensis, sub ditione illustrium anti-  
quisima prosapia Comitum de Montfort &c elig. die mens Aprilis, an. 1512. Vir apie-  
tate, doctrina, & humanitate iure commendandus. Super est ahduc, & superst. Numi-  
ne fauente diu feliciter.

### A S P A C H.

**M**ONASTERIUM ordinis Benedictini fundatur a Christiana, vidua Geroldi  
Comitis, consecratur ab Ottone, Episcopo Babenberensi, Anno 1127. alii-  
bi Auentinus in Annal. suis, fol. 622. ponit, quod Geroldus & Christina coniunct  
prætorium suum Benedictinis tradiderint. Pertinebat autem hoc Monasteri-  
um jure Aduocatiæ, & aliis ad ditionem Fraunstain & Ering, quæ olim ad Eccle-  
siam Bambergensem spectabant. Vnde superioribus annis, tempore Wilhel-  
mi & Ludouici, Ducum Bauariae, Episcopi Bambergenses prætendebat nescio  
quæ jura ad Monasterium hoc, volebantq; ut Prælati jura temporalia ab Episco-  
pis in feudum reciperent, annuamq; pensione soluerent: Sed renuebant Prin-  
cipes, atq; sub sua ditione ac protectione, sicut & sui Antecessores retinuerunt.  
Extant in Archivio eius rei documenta, &c.

**P**RIMVS huius Monasterij Abbas dicitur fuisse ex familia Nobilium de Si-  
genhaim. Hoc Monasterium in eo bello, quod Manigoldus, Episcopus Pataui-  
ensis, cum Rapothone, Comite Palatino Bauariae, familia de Ortenberg gesit.,  
grauissimè attritum ac deuastatum est, quâ de re apud Episcopos illos plura. A-  
uent. lib. 7. f. 662. pariter in bello Othocari Regis Bohemiae, contra Duces Baua-  
riae, &c. vna cum pluribus aliis Templis ad Oenum Velsam & Rotam sitis, circa  
Annum 1266. Auentinus folio 705.

**H**VC Monasterio Leonhardus Episcopus Patauiensis constituit denarium,  
perpetuis temporibus singulis annis ab Inquilinis Parochialium Ecclesiarum in  
Trusflern, Puerbach, Münster, Karphaim, Weichmerting, Wirtung, Munichaim,  
&c. soluendum custodi Monasterij, pro officio custodiae, & pro conseruanda &  
reparanda ornatis Templi eiusdem Monasterij, Anno 1426.

### ADDITIONES.

#### LITERÆ FUNDATIONIS.

**I**N nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Eberhardus Dei gratia Babenbergenſis  
Episcopus secundus. Officij nostri ratio postulare videtur, vt Ecclesiæ no-  
stræ in rebus & possessionibus suis manu tenere & confirmare, atq; contra fu-  
turas malitias hominum, quantum possumus auxiliante Domino præmunitæ  
debeamus. Quocirca vniuersitati fidelium notum esse volumus, quod deuota  
Christi famula Christina de Affach, relicta Caroli Comitis, cum eo mortuo vidua-  
ta esset, & prolem non haberet, prædiis quidem & possessionibus mariti ad pro-  
pinquos eius redeuntibus, ipsa suum hæreditarium prædium Affach cum to: a  
familia sua, & personis hominum, cum omnibus pertinentibus suis, cum agris,  
pratis, pascuis, syluis, cultis & incultis, cum aquis aquarumq; decursibus, pifica-  
tionibus, molendinis, & cum omni genere utilitatibus, quo ipsa illud noscitur.

*Metrop. Salisb. Tom. II.*

K. 2

habu-